



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Germanica

Châteillon, Sébastien

[S.l.], 1558

Capvt XLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54866](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54866)

hoc multas artes astutiasque tenet: idem accidit etiã in hoc lumine. Et quemadmodum Diabolum de possessione deijcere nemo potest: sic etiam hinc accidit. Hoc totum ex eo manat, quod diabolus & natura putant ambo se indeceptos, & in optimo statu: quæ sanè est omnium deterrima nocentissimaque deceptio. itaque diabolus, & natura, idè sunt. Victa natura, etiam diabolus victus est: inuicta natura, ne diabolus quidem victus est. Siue hoc ad mundanam, siue spirituales vitam referatur, manet nihilò minùs omne lumen illud in sua illa falsa deceptio: videlicet quod decipitur, & quod alios secum, si potest, decipit. Ex his superius dictis potest etiam evidentius intelligi atque cognosci, nullam hinc esse differentiam. Quando & ubi *Diabolus* verba fiunt de Adamo, de inobedientia, de vetere homine, egoitate, sua cuiusque voluntate, libidine, appetitu, ego, meum, natura, falso lumine, diabolo & peccato, hæc omnia idem vnumque sunt. Hoc vniuersum est contra Deum, & sine Deo.

CAPVT XLII.

Quod

Deo cō-
trariū
nihil est
nisi ho-
minis
propria
volūtas

Matth.
12.6

Quòd si quis nūc quærat, an sit aliquid contra Deum, contraq; verū bonū: Respondebo, nihil esse neq; cōtra Deū, neq; sine Deo, nisi duntaxat aliter velle, q̄ vult voluntas æterna. Si quid aliter velis, q̄ velit voluntas æterna, id contra voluntatem æternā est. Nunc vult postulatq; voluntas æterna, vt nihil aliud velit & ametur, nisi duntaxat verum bonū: quod si fit aliter, fit contra eam. Hac ratione fit, vt verum sit: Qui sine Deo est, is contra Deum est. Sed re ipsa nihil est contra Deum, aut contra verum bonum: id quod sic accipiendum est, quasi dicat Deus: Qui sine me vult, aut non vult, vt ego, aut aliter vult quàm ego, is vult contra me. nam mea voluntas est, vt nemo aliter velit quàm ego, aut sine me: & sine mea voluntate nulla volūtas debet esse. Quemadmodū sine me neq; essentia, neque vita, neque hoc aut illud est: ita nulla etiam voluntas esse debet sine me, & sine mea voluntate. Et quemadmodū verè omnia, quæ sunt, re ipsa vnum sunt in vera essentia: & omne bonum, vnū bo-

bonum, in vno, & similia, neq; quicquam esse potest sine illo vno: Ita debent omnes voluntates vna voluntas esse, in vna perfecta voluntate, nec vlla voluntas esse debet absque hac vna. Vbi igitur aliter fit, iniustum est, Deoque & eius voluntati contrarium: ideoque peccatum.

Vides, sicut antea dictum est, vt omnis voluntas expers voluntatis Dei, hoc est, omnis propria voluntas, & quicquid à propria voluntate proficiscitur, sit peccatū. Quamdiū quærit homo suum ipsius bonū, & id quod ipsi optimum sit, vt suum sibi ipsi, & vt à seipso, id nunquā inuenit. Quamdiū enim hoc fit, non quærit homo, quod sibi sit optimū: tantum abest, vt id possit inuenire. Quamdiū enim sic affectus est homo, quærit seipsum, putatq; seipsum esse illud optimū: & quia homo nō est optimum, non quærit etiam optimum, quamdiū seipsum quærit.

Sed in quo homine quæritur, amatur, & suspicitur bonum, vt bonum, & propter bonum, idque non aliter, quàm planè boni amandi gratia, non vt à me, aut vt ego, meum,
mih

*Bonum
quomodo
dò quæ
rēdum.*

mihī, aut propter me, & similia, ibi inuenitur. Quādoquidem hīc rectē quæritur. Vbi aliter fit, falsum est, & profectò hoc pacto quæritur, suspicitur, & amatur perfectum bonum, ideoque inuenitur.

*Mereri
nihil po-
test ho-
mo.*

Magna stultitia est, si putat aliquis homo, aut creatura, se scire, aut posse aliquid per seipsam: præsertim cum putat se scire & posse aliquid boni, quo possit magnum aliquid à Deo mereri atq; consequi. hac enim re afficitur Deus ignominia, si hoc rectē perspicias. Tamē indulget verum bonum cuiquam simplici & fatuo homini, qui meliora nescit: & ei planè quàm fieri potest optima euenire permittit: ac quantum boni capere potest, tantum ei Deus sanè concedit. Verum quemadmodum antè dictum est, id non inuenit aut obtinet, quamdiu ita affectus est. nam egoitatem prorsum facessere necesse est: alioquin illud non inueniet, aut obtinebit.

CAPVT XLIII.

*Vbi Chri-
sti vita,
ibi Chri-
stus.*

Qui Christi vitam scit & nouit, is Christum quoque scit & nouit. Rursum, qui Christi vitam non nouit